



## ADJUVANTE JESU!

### PRÆFATIUNCULA.

**S**Olem adfero, non ἀεχέτυπον, sed ἔκτυπον, *Parelium*, quem docti mirantur; vulgus, uti solet, formidat. Potuissem autem deterreri remotissimâ ipsius ab oculis absentia, cognoscendiqve difficultate: mihi tamen potius addidit animum. Sperabam quippe, si cespitarem in nonnullis, nec eô, quô decebat, fundamentô ac robore omnia substruerem, faciliorem ideò L. B. mihi concessurum esse veniam. Nam suscipiendô peragendôq; ardua, eruditæ humanitatis esse arbitrabar, quædam in iis commissa non observare velle vitia. Absolvitur igitur tota Dissertatio in inqvirendâ *Parelii Naturâ*, atqve in evolvendis ejusdem, quas habet, *Causis*. DEUS faxit FELICITER!